

De  
**GRÆCI SERMONIS**

deminutivis in ἀκος, ταχη cadentibus

et de iis,

**quae inde propagantur.**

---

Scripsit

Prof. Dr. **Georgius Ludovicus Janson.**



*Jm pressit Thoruni in typographia senatus A. D. MDCCCLVI.*

Geographie  
Geographie

Geographie

Geographie

Geographie

Geographie



## De Graeci sermonis

deminitutivis in οὐκος, οὐκηι cadentibus

et de iis

quae inde propagantur.

### § 1.

*Hypocorismus οὐκον negatur. Nomina in οὐκος, οὐκηι quae primitivis videntur carere, citantur.*

Hypocorismus οὐκον, quem Spohnius in libro de extr. Odyss. parte p. 128 proposuit, duobus Hipponactis vocabulis quum nitatur, eo magis suspectus esse debet, quod a nullo veterum Grammaticorum commemoratur. In loco illo Hipponactis \*)

\*) cf. Babri. fab. Aesop. a Meinek. collect. p. 105.

Δὸς χλαῖναν Ἰππώνακτι καὶ χυπασσίσκον  
καὶ σαμβαλίσκα κάσκερίσκα καὶ χρυσοῦ  
στατῆρας etc. videtur pro σαμβαλίσκα emendandum σαμβαλίσκα, pro  
κάσκερίσκα autem κάσκέραστε, sic ut versus ita constituantur:

Καὶ σαμβαλίσκα κάσκέρας τε καὶ χρυσοῦ

ceterum v. 10 eiusdem fragmenti repetitur: οὗτ' ἀσκέρησι τοὺς πόδας δασείγουν. Κάσκερίσκα vero ne corrigatur, metro prohibetur, quamquam ita in Papii lexico expressum est.

Ac primum quidem nonnulla reperiuntur in τεκος exeuntia vocabula, quae se ad certum quoddam nomen non patiuntur referri. Vetustissimum est illud Lycii praetoris nomen Κυθερίσκος ap. Herod. VII. 98; namque δίσκος vix quisquam ad hoc vocabulorum genus adnumeraverit. Haec verbalia sunt, cuius generis videntur esse posteriorum Graecorum commenta: δροπίσκος, corbis a δρέπειν repetendum ap. Hesych. et θύσηη sive potius θύσηη, thuribulum, cuius voculae formam explanavit E. M. σκάφη ή τὰ θύματα δεχομένη. ἀπὸ τοῦ θύω, unde θυσιάριον. Ab adiectivi deinde forma profectum est λευκίσκος, pisces quidam a colore suo sic nominatus ap. Athen. VII. 306e. Namque ab adiectivis, nisi iocabantur comicī\*), non solebant fieri diminutiva atque unum illud ισχυρίσκος. ἀντὶ τοῦ ισχυρός ap. Antatt. Bekk. 100, 7 iam diu a viris doctis emendatum est: ισκυρίσκος. Unum vero cuius origo non statim in promptu est, Atticorum\*\*) γλανίσκιον, γλανισκίδιον longinquius repetendum videtur a χλάνα, obsoleta voce, in cuius locum postea successit χλαῖνα, nisi forte per syncopen factum putatur

\*) ut φιλτάτιον ap. Aristoph.

\*\*) cf. Aristoph. citatus a Papio in lexico.

ex χλανιδίσκιον\*) et χλανιδισκίδιον, cuius rationis et κυπασσίσκος foret, si a κυπασσίσ duceretur, quamvis commodius a κύπασσις, de qua formatione infra p. 10 copiosius agetur. Similis syncope est in κηθίον, κηθάριον, κηθόδιον, φιλοτάριον s. φιλοττάριον. Ceterum χλανίσκος quod in vulgaribus lexicis prostat, si cum primitivo suo comparatur, ob generis diversitatem exlex, a Polluce fictum videtur. Certior vero originationis ratio cernitur in vocula κώραλίσκος a Photio per μετάρχον explicata, sub quo nomine Epilyci fabula saepius commemoratur ab Athenaeo XIV. 650 e. XV. 691 c. cuius simplicior forma κώραλος pro κῶρος s. κοῦρος num umquam exstiterit, omnino latet. Ceterum illud Cretensium fuisse dicitur. Pariter ad originem incertum est Lacedaemonium quod fertur vocabulum δρθαγορίσκος s. δρθραγορίσκος, porcellus, ap. Athen IV. 139 b. cf. Steph. s. v. Neque minus certo constitui potest, quid sibi voluerit Antiphonis deminutivum κρωμακίσκος ap. Athen X. 396 d.

Κουρός γε μικρὸς κρωμακίσκος οὐτωσί<sup>1</sup>  
γαλαθηνός

Neque enim ulla cum κρῶμαξ significationis similitudo perspicitur. Tum ἀνθρέσκος, scandix australis, apud Theophrast. VIII. 7 invenitur, pro quo Papius in lex. unde ἀνθρέσκιον sumserit, mihi quidem incertum est, suo accentu citatum a Polluce VI. 19, 106. Idem dupli genere distinctum assert Plinius, semel masc. gen. XXI., 15, iterum neutr. anthryscum XXII. 22, quod fortasse secundum Athen. XII. 685 c. anthryscum corrigendum est. Sed ἀνθερέσκος, asphodeli culmus, non diversus est ab ἀνθέρικος, vulgo ad ἀθῆρ relatum cf. Lob. prolegg. p. 324. Atque Ephesii cur pisces, qui vulgo χρύσοσφρος vocitabatur (cf. Athen. 328 c.) ἰωνίσκον dixerint, rationem reddit. An quod is sapuerit mare Jonium? Tum συρίσκος, fiscina, aeolicae videtur fuisse dialecti ex ὄρρηχος s. ὄρρισκος factum, cognatum illud cum attico ὄρρηχος. Postremo στροβανίσκος τρίπους ab Hesychio expositum, ῥίσκος, ἵβίσκος peregre videntur advecta. Deminutivorum

\*) quo usus est Aristaen. I, 11.

deinde in τσχη, quorum primitiva non sunt aperta, σκιαδίσκη, parvum umbraculum et κωλίσκη, quoddam poculi genus. Illud non ut vulgo fit, ad σκιάδειον, sed ad σκιάς revocandum est; hoc apud Deonys. Hal. 2, 25 obvium directa via, si in usu fuisset, a κύλη duci posset. At in Alexidis versu ap. Athen. XI. 47, ubi prius κύλη legebatur, nunc κώλεξ emendatum est, ita ut de illius primitivo nonnulla adhuc subsit dubitatio. Eius derivatum κωλίσκον a Polluce VI. 98 prolatum, quod olim in Aristoph. Acharn. 459 legebatur, nunc locum concessit κωτωλίσκον. cf. Athen. XI. 479 b Etiam maior videtur fuisse proprietum in τσχος et τσχη nominum, quorum primitiva nonnumquam frustra quaeruntur, licentia. Id genus sunt praeter illud quod supra in medio proposui Κυθερίσκος, Ἰανίσκος (Paus. 2, 26. cf. Schol. ad Aristoph. Plut. 701.) fortasse expertum syncopen pro Ἰανίσκος. Deinde Δορίσκος Thraciae oppidum ap. Herodotum haud dubie ad δορός assimulatum. Tum Μονίσκος, histrio quidam tragicus Chalcidensis Athen. VIII. 344 d, pro quo in duobus codd. Μόνικός i. e. Μόνιχος scriptum est. Hoc certo erunt qui ad nomen Μόνης s. Μόνιος reducant. Aequo certa est nominis Βρωμίσκος, oppidi Chalcidici, originatio, si recte se habet ap. Thuc. IV. 103 scriptura, quae prius fuerat Βρωμίσκος, a Poppone ad βρόμος relatum. Sic possunt Μενίσκος, Παρμενίσκος et syncopatum Παρμίσκος (cf. Papi. lex.) aut ad verbum μένειν formatum esse aut ad nomen μένος, ut fortasse Μελίσκος, (Paul. Silent. VI. 82) ad μέλος. Horum denique nominum accentus quin ad legem appellativis propriam scribatur, non est dubitandum, ut Ταρίσκοι ap. Strab. VII. 2 p. 293, unde tenoris interdum fluctuatio ad veram nominis scripturam dicit, ut in Φιλίσκος et Φιλίστος cf. interpr. ad Dionys. Hal. p. 722 neque ambigo, quin Herodotus IV. 92 communem populi sui morem secutus Thraciae flumen scriperit Ἀρτίσκος, non Ἀρτισκος neque, veluti a Baehrio editum est, Ἀρτησκός atque si quis Graecorum Phaliscos dixisset, casu recto pronuntiaturus fuerit Φαλίσκοι indeque facile apparet caussa, cur ap. Ael. H. A. 16, 33 fuerint, qui pro Σκαρίσκος Καρίσκος fluvium scripserint. Ignatae autem originis sunt Ἐργίσκη Thraciae oppidulum cf. Harpocrat 125, 28 et Μουργίσκη, eiusdem terrae castellum apud Aeschinem.

## § 2.

*Quae diminutiva in τακος et τακη desinentia a primitivorum genere defecerunt.*

Primigeniorum nominum, unde diversi generis diminutiva repetantur, anomalia quum ultra neutrum genus progredi non soleat, voculae μετρακίσκος, cuius primitivum Atticis quidem ἡ μετράξ fuit (cf. Lob. ad Phryn. p. 313) forma non modo diminutivo μετράκιον, sed eo etiam excusat, quod delicatum significabat adolescentulum. Thomas igitur Magister, qui illud p. 606 ab Atticis abiudicat, Platonis Phaedr. 237 b. Theag. 122 c. de rep. VII. 539 b. Axioch. 367 a. usu redarguitur. Neque vero descivit αἰγίσκος a primitivi sexu, quum etiam ὁ αἴξ ab Aristotele de h. a. 8, 28 caper castratus dictus fuerit. Inaequalis autem sunt, ubi cum primitivis componuntur, generis paucae in τακος exeuntes voculae per metonymian quandam ad significationem formatae. Huius generis sunt: ἀσπιδίσκος ab ἀσπιδίσκῃ, de quo infra, significatu diversum, a medicis thorax vocatum. cf. Plin. 27, 7, 28 unde Hesychius: τὰς κιθάρας ἐπ' ἄκροις πύγεσιν. Deinde quod supra ex Hipponeacte propositum est, κυπασσίσκος sive dueitur a κυπασσίς sive a κύπασσαις cf. p. 10 si per me staret, corrigerem κυπασσίσκῃ. Tum μηγίσκος ap. Arist. Av. 115 tectum quoddam, quo simulacrorum capita ab avium spurcitia tegerentur. cf. Phot. Hesych. cuius rei rationem expedit scholiasta Aristophanis l. c. μῆγη γάρ, inquit, ζωκε. Hinc in re militari de acie lunulae formam imitante cf. Polyb. III. 115 § 5, qui et ipse eam μηγοειδὲς σχῆμα nominat. Neque scio an μηγίσκη eo significatu Graecis dictum fuerit, quod et Suidas et Hesychius in medium proferunt et fortasse comprobatur a Photio, ubi pro μηγίς haud dubie μηγίσκη scribendum est. Eandem generis anomaliam prae se fert μισκη, ostrea, si vera est emendatio Schneideri in indice ad scriptores rei rusticae et Corais ad Xenocratem p. 141 in Diphili versu ap. Athen. III. 90. c.

αἱ δὲ μισκαι τῶν μαῶν οὖσαι μειρότεραι.

Postremo κλιμακίσκος quod ab Hesychio πάλαισμά ποιον explicatur, corruptum videtur ex κλιμακισμός, quamvis scholiae Soph. Trach. 518 ἡ κλιμαξ luctationis qua-

dam species fuerit. Quod si quis denique vicum illum agri Megarici, qui vulgo Τριποδίσκος vocatus fuit, cf. Thuc. 4, 70 et Paus. 4, 43, 7. Τριποδίσκη dixerit, adversus grammaticae rationem locutus esse videbitur. cf. thes. Steph. s. v.

Neutrius inde generis nomina irrationali quasi hypocorismo insignita optimae notae sunt σανδαλίσκος Aristoph. ran. 409 et σκελίσκος id. eccl. 1203. Άτ λεχίσκος de quo v. infra, etiam ab ὁ λέκος repeti potest. Verum γραφίσκος ex γραφεῖον s. γραφίον natum secundum Hesychium ferramentum chirurgicum a Theocle quodam inventum et λυνίσκος quod Eustath. 1161 ὑποκοριστικῶς τὸ λεπτότατον λύνον explicat, extremae videntur fuisse Graecitatis; et κεντρίσκος piscis quidam, qui ex Theophrasto affertur, Schneidero suspectus videbatur, corrigenti κεστριγίσκος, quo usus est Clearchus apud Athen. VIII. 332 c.

Propriorum denique nominum si qua inveniantur, quorum primitivorum cum derivatis genus minus concinal, rei natura factum est, ut Λαγίσκη sive Λαγίσκα, Isocratis amica. cf. Athen. XIII. p. 592. Harpocrat. p. 118, 15.

---

### § 3.

#### *De deminutivorum in τοις derivatione et compositione.*

Nomina deminutiva quae aut derivatione aut compositione propagantur, eius fere sunt generis, ut primitivorum instar certam sibi definitamque vim ac potestatem vindicaverint. Sic νεανίσκος ipso primitivo frequentius, ut primitivi fere significatum suscepisse videatur, ex sese peperit νεανισκεύεσθαι i. e. in adolescentibus versari cf. Phot. 291, 3, ubi Eupolidis, Amphidis, Posidonii auctoritates citantur. cf. Meinek. Com. fragm. II. 1 p. 434 pro quo νεανισκεύειν rarius est. cf. Bornemann ad Xen. Cyr. 1, 2, 15. A quo differt νεανισκεύεσθαι, inveniliter insolescere, unde νεανίεμα. cf. Schaeff. ad Plut. VI. p. 454. Sed παιδίσκος, puerulus, Xenophonti aliisque scriptoribus usurpatum, habet femininum παιδίσκη, quod quum recentiorum potissimum Graecorum

aetate in scortuli significationem abierit (cf. Lob. ad Phryn. p. 239) ex se gignit παιδισκεῖν lupanar. Sed παιδισκάριον, utrum, velut ait Eustathius 1164, 20 ὑποκοριστικότερον ἢ παιδίσκος ad hoc, an uti in vulgaribus lexicis, ad παιδίσκη referendum sit, non tantum Lucianus decidit, qui ancillulam eandem et παιδίσκην et παιδισκάριον Asin. 51. vocavit, sed etiam Diogenes Cyn., qui interrogatus num παιδισκάριον ἢ παιδάριον haberet, utrumque negavit, cf. Diog. Laert. VI. 52 ed. Meib. cf. Calixen. Rhod. apud Athen. V. 200 f., ubi de Semelae thalamo loquitur: ἐστεφάνωτο τὰ μὲν ἡγιοῦντα παιδάρια πίτυ, τὰ δὲ παιδισκάρια κισσῆ. Verum enim vero adiectivum κανισκῶδες (sc. πλέγμα) scholiasta Aristophanis vesp. 672 contra omnem omnino formavit analogiam.

Ad compositionem denique ubi quaeritur, num Graeci huiusmodi deminutiva adhibuerint, de Atticorum quidem usu prorsus negandum est, de posteriorum autem Graecorum concedendum: pauca fuisse talia nomina aut ludibrii aut rei cuiusdam certae designationis caussa formata, ut φύλοσοφομετραχίσκος apud Athen. XIII. 572 comici cuiusdam facetiis deberi videtur et ἀχρογηνίσκος, quod Steph. in thes. L. Gr. ex Polluce citavit, quo idem ait significari, quo ζεύγλημα s. ζεύγλη i. e. iugum; item χειροκαλαθίσκος ap. Poll. IV., 19, 130 saltationis quoddam genus. Postremo in priori compositionis parte cernitur διβελισκολόχγιον, quo Theopompus Comicus pro ξυλολύχνιον usus fuisse fertur. cf. Aristot. part. anim. 46. Athen. VI. 700 e.

Jam in ceteris huius generis deminutivis moderandis eam ingrediemur viam, ut primum de iis disseratur, quorum primitiva in vocales desinunt, deinde ex declinationum quae nostris quidem grammaticis sunt probatae ordine de reliquis deminutivis, quorum primitiva in consonantes terminantur.

---

#### § 4.

##### *De deminutivis in ισχος, quorum primitiva in vocales exeunt.*

Primae flexionis sunt νεανίσκος, Λαμίσκος, quibuscum congruunt, Λαμίσκη, οὐδρίσκη; secundae ναίσκος aedicula ap. Strab. V. 520. Ἐρμαίσκος, cf. Papii lex.

κανίσκιον et γραφίσκος de quo supra p. 8. Tertiae sunt ea in quorum formatione vocali ε, in quam primitivorum radices cadunt, suppressa terminatio ισκος ipsis nominum stirpibus adiungitur, ut in σκελίσκος de quo supra, in ἀμφορίσκος vas vinarium ap. Dem. 22, 26, in βασιλίσκος quod et nom. proprium est et appellativum: regulus ut ap. Athen. XIII. 566 a. cf. Poll. 3, 44 unde avis regaliolus (Suet Caes. 81) apud Ael. de nat. anim. VII., 18 et piscis quidam marinus Opp. Hal. 1, 29. Eodem modo formatum est κυπασσίσκος de cuius genere supra disputavimus et Ἡραλίσκος Theocr. id. 14. Denique extremae Graecitatis nomen μετωνυμικῶς dictum πηχίσκος, a Suida ἐνδέξιον πηχυαῖον „stipes cubitalis“ explicatum.

## § 5.

*De primae flexionis voculis, quae terminatione ισκος et ισκη infringuntur,  
et de ceteris, quae propter primitivorum genus hic pertinent.*

Virilium nominum sunt νεανίσκος, δεσποτίσκος (Eurip. Cyc. 269) δραπετίσκος Lucian. fugit 33. κλεπτίσκος ex emendatione Meinekii com. fragm. II. p. 452. Tum Λαρίσκος philosophus Pythagoreus Samius. Diog Laert. 3, 22, cf. Plat. ep. VII. 350 a. et Λαρίσκη (A. P. VII. 166.) Primitivi generi congruit μειρακίσκη Arist. Ran. 410. Plut. 963. cf. Poll. II., 218. Item παιδίσκη de quo supra et κορίσκη atque κορίσκιον, cf. Lob. Phryn. p. 75. Tum κονίσκη Aristoph. Ran. 13. 74, quod nomen si proprium est Doricam solet recipere formam Κονίσκα Theocr. id. 14. Paus. 3, 81. A. P. XIII. 16 veluti Λαγίσκα pro Λαγίσκη, de quo supra, et Βούσκα Antip. Sid. VII. 493. et Βούσκιον A. P. VI. 289, quae nomina Attice τρισυλλάβως pronuntiabantur. Nomina denique Ἐργίσκη et Μουργίσκη unde oriunda fuissent, ignotum esse, iam supra diximus. Cetera quae sunt appellativa cum primitivis suis maxima parte et flexione et genere con-  
gruentia iam disponantur:

κοτολίσκη caliculus, Pherecrat ap. Athen. XI. 479 b. cuius diminutivum κο-  
τυλίσκιον nunc Aristophanis Ach. 489 est cf. p. 6. Virile autem κοτολίσκος cf. p. 14

originem habet a κότυλος cf. p. 7. De κυλίσκη et κυλίσκιον iam supra p. 6 disputatum est.

λεκανίσκη patella, in vulgaribus lexicis omissum, a Polluce ex Aristophane citatum restituitur a Jungermanno apud eundem Pollucem VIII. 84 pro λεκανίσκους quod generis aequalitatem offenderet. cf. Teleclid. ap. Poll. l. c. et Hesychium, cuius derivatum est λεκανίσκιον in nostris lexicis citatum.

μαζίσκη placentula hordacea. Arist. eq. 1166.

οἰνίσκη dubium num unquam extiterit, quoniam apud Demosthenem p. 48, 13, unde Pollux IX. 39 istud citaverat, nunc οἴνα expressum est.

ὑδρίσκη situla, affertur ex Ptolemaei Euergetae commentariis ab Athen. X. 438 f. cf. Hesych.

θριδακίσκη lactuca sativa, a lexicographis vulgaribus praetermissum primitivi significationem adaequare ait Athen III. 44 f.

Tertiae declinationis quam sequitur primitivum, solum est ἀσπιδίσκη, par-mula, recentioribus Graecis saepius usurpatum et inde ἀσπιδίσκιον, cf. schol. Theocr. 18. schol. Lucian. dialog. mort. XIII. 5. Ab hoc abhorret ἀσπιδίσκος supra p. 7. propositum.

### § 6.

#### *De diminutivis in ιων, quorum primitiva secundam declinationem sequuntur.*

Huius classis nomina propria sunt: Αδσχυλίσκος, cf. Papii lex.

Αὐλίσκος Pausan 2, 21, 9. Δαμίσκος Messenius quidam ap. Paus. 6, 2, 10. Ἡραισκος apud Suidam et in Phot. bibl. 342, 23, cuius primitivum Ἡραιος in lexicis citatum reperitur.

Θεοφιλίσκος dux quidam classis Rhodiae. Polyb. XVI. 2, § 5. Θεσσαλίσκος heros Thebanus Aristot. T. IV. p. 277 et Attice Θετταλίσκος Arist. rhet. 2, 23.

Κορίσκος δ Σωκρατικὸς ἐκ τῆς Σκύρως. Aristot. de Soph. elench. T. III. p. 532 ed. Buhle. Strab. V. 384 cf. Jung. ad Poll. X., 150 ubi dittographia est Κόρυκον, cf. Diog. Laert. III. 46.

Λυκίσκος, cf. Pap. lex.

Συρίσκος Anaxipp. ap. Athen. XI. 486 f. Τραγίσκος Polyb. VIII. 29, § 3. Φρυνίσκος, cf. Pap. lex. De Σκαρίσκος s. Καρίσκος, de Βρομίσκος iam supra egimus.

Appellativorum sunt hacc:

ἀκολουθίσκος servulus pedissequus. Ptolomaei comment. ap. Athen. XII. 550 a. ἀνθρωπίσκος homillus, crebro recurrit. Aristoph. de pac. 541. Eurip. Cycl. 318. Plat. cf. Bekk. anecd. I., 14, 14.

ἀρτίσκος semel schol. Arist. pac. 1194.

ἀστραγαλίσκος, talus parvulus. Falso explicatur a Papio in lex. ἀστραγάλισκος. Semel legitur ap. Poll. VI. 99: οὐ μὴν ἔχει (ψυκτήρ) πυθμένα, ἀλλ' ἀστραγαλίσκους, ubi sunt globuli in glandularum modum poculorum pedibus subiecti.

αὐλίσκος parvula tibia. Sophoclis suisse compertum est ex Longino περὶ θύμους p. 7 ed. Toup. sumtum ex carmine satyrico, cf. Ellendt. lex. Soph. Tum legitur ap. Dion. Hal. T. III. 1487 (ed. Reisk.) Theogn. gnom 241. Aristot. ap. Harpocr. 282, 10. De fistula aquaria est ap. Polyb. X. 44, 7: τῶνδε δὲ γενομένων, ὅμφότερα κελεύει πρῆσαι τὰ ἀγγεῖα πρὸς ἀκρίβειαν, ὅστε τοὺς αὐλίσκους θεούς εἶναι καὶ κατ' θεούς ἀπορεῖν. cf. id. XXVII. 9, 2. Quo denique Hesychii glossa: αὐλίσκοι ἐνώπια Πέρσαι spectet, alii videant.

βατραχίσκοι μέρος της κιθάρας apud Hesychium.

βολβίσκος bulbulus. Philodem. A. P. XI. 35.

βουκολίσκος quod cum contemtu videtur dictum, non legitur nisi in titulo Theocr. id. 20. βωμίσκος, arula, recentiorum videtur fuisse Graecorum, cf. Antatt. Bekk. T. 1 p. 268, 9. Artis nomen dicitur a Polluce de dentibus molaribus: τῶν μέντοι μόλων, τὸ μὲν πρὸς τῇ σαρκὶ βωμίσκον καλοῦσι.

γλαυκίσκος, piscis quidam marinus Aristot. H. A. 8, 30 saepius ab Athenaeo commemoratus. cf. Plin de h. n. 32, 10, 46.

διφρίσκος plostellum ap. Arist. Nub. 31, cf. ibi schol. et Suid. De sessula cubiculi ap. Poll. X. 45 qui et sellam familiarem, ut δίφρος εὐφημότερον dictam fuisse narrat.

δολίσκος pugjunculus ἐπωνύμως dictum, unde etiam δόλων. cf. Plut. Gracch. 10. cf. Hesych. et ind. Gr. L. Steph.

ἐχινίσκος ap. Poll. II. 2, 16 particula quaedam auris: ἡ περὶ τὴν κυψέλην κοιλάτης. Deinde ab eodem x. 95 in vasis coquinariis collocatum.

ἡλίσκος clavicular. Phot. p. 64, 4: ἡλίσκον τὸν μικρὸν ἡλον. Ἀριστοφάνης. Hoc demin. a primitivi significatu non differe probatur a Polluce x. 61 τὸν ἡλον καὶ ἡλίσκον ἐν Ἡρωσιν Ἀριστοφάνης κέκληκεν, qui et idem XI. 88 confirmat comicos dixisse ἡλίσκος pro ἡλος.

θυλακίσκος pera ad panem gestandum apta. Aristoph. ap. Athen. VI. 267 f. et Poll. X. 157 qui et idem p. 172 θυλακίσκον ex eodem poeta attulit.

ἱππίσκος, piscis quo nomine Alexidis fabula inscripta crebrius commemoratur ab Athen. III. 120b., 133b. Tum significat tegumentum capitis in Ὁμελῆ Cratini iunioris:

‘Υμεῖς δ' ἀν ιππίσκον ἡ τρίμιτον ἔχετε.

cf. Poll. VII. 13, 28 et Hesych: ιππίσκον ἐπίθεμα κεφαλῆς ἡ γυναικὸς κόσμος, quem mundum ιππεύς quoque dictum fuisse idem affirmat.

καδίσκος, de cuius scriptura cf. Bast ad Greg. Cor. p. 28. E. M. καδίσκοι, ὑδρίαι χαλκαὶ, εἰς δὲ καθίενται αἱ φῆφοι. cf. schol. Ar. Vesp. 320. Pollux VIII. 16.

Harpocr. 158, 6. Illud apud comicos et apud oratores frequentissime legitur. cf. Mein. com. frag. vol. II., 1 p. 122. Tum fuit poculi species. Strattis ap. Athen. XI. p. 473 c. eratin. ib. 494 unde λεπτὰ καδίσκια Nicomochares ap. Poll. X. 93. Recentissimis denique Graecis videtur fuisse situla i. e. ἀντλία v. Bekk. anecd. T. I. p. 203, 9.

καλαθίσκος, quasillus, Aristoph. Thesmop. 822, unde in vasis gynaecei est ap. Poll. X. 125 unde Eupolis ap. eundem VII., 29: ἄνευ καλαθίσκου. Tum fiscellus casearius, quo schol. Arist. Ran. 560 v. τάλαρος explanat, cf. Hesych. A. P. VI. 160. Denique saltationis quaedam species. Apollophanes ap. Athen. IV. 467. Poll. IV. 4 105.

καλαμίσκος fistula ad medicamenta instillanda habilis qua medici utebantur. Aristoph. Ach. 1047 et ibi schol.

καπρίσκος piscis nomen. Alexis ap. Ath. III. 107 f., VIII. 355 f., qui etiam μῦς vocatur.

καυλίσκος cauliculus. Diod. Sic. fragm. XXXII. p. 61.

κεστρινίσκος, vide p. 8.

κοτυλίσκος poculum, quo utebantur Graeci in Liberi patris sacris. cf. Nicander Ath. XI. 479 c. quod Hesychius μόνωτον ἔκπωμα appellat. cf. Poll. VI., 16, 96. Heracleon autem Ephesius ait etiam placentarum genus ita vocari. cf. Athen. XIV. 617 f.

κρουνίσκος epistomium ap. schol. Lucian. Piscat. 10.

κυκλίσκος pilula. Clytus Milesius ap. Athen. XIV. 655 f.

λεπίσκος patella, ex Hippocrate affertur a Poll. X. 87, pro quo Foesius Oecon. Hippocr. λεπίσκου, cf. Jungerm. ad Poll. I. c.

λημνίσκος taeniola. Athen. V. 210 d. XII. 544 e. Plut. Syll. 27. A. P. XII. 125 Hesych.

*μαγειρίσκος* coquulus, per contemptum sic vocatus ap. Athen VII., 292 e. σοφιστής  
*μαγειρίσκος*.

*μοχλίσκος* vectis parvus. Arist. in *σκηνὰς καταλ*: τοῖχον μοχλίσκῳ καταβαλεῖν a Polluce X. 147 citatus.

*ναῖσκος* v. supra p. 15.

*ναστίσκος* placentula, v. πολύτυρος Pherecrat. Athen. VI. 269 e.

*διθελίσκος* veruculum, Atticorum usu frequenter divulgatum. Arist. Nub. 188. av. 359. Xenoph. anab. VII. 8. Hell. III. 3, 7. cf. Poll. VI. 13.

*οἰκίσκος* domuncula. Dem. pro cor. 230, 97. cf. Bergler ed Alciph. p. 100. Brisson. Anecd. III. p. 714. Harpoer. p. 259. Tum fuit aviarium s. cavea. Eustath. ad Odyss. 1423 cf. Poll. X. 159. Harpoer. 212, 26. Phot. p. 319, 4 ubi Aristophanes et Metagenes proferuntur. cf. Ael. h. a. III. 40. Philostr. vit. Soph. I. p. 516. Suid. Hesych. s. v. De οἰκίσκῃ v. p. 11.

*οἰνίσκος* vinum vile. Eubul. Athen. I. 29 d. cf. Mein. fragm. Com. II. 1. p. 117.

*δημίσκος* mortariolum. cf. Papii lex.

*δρυμίσκος* parvus forceps. Chares ap. Athen. III. 93 c. Ael. h. a. VIII. 4. XII. 20. Eustath. 190, 17. Hes. s. v.

*δνίσκος* piscis nomen. Eustath. 1164, 5. δνίσκος, εἰδός τι σκάρων οὗτοι λεγόμενον. cf. Athen. III. 118 c. VII. 315 f. Tum sign. serram fabrilem cf. Hes.: τεκτονικὸς πρίων.

*δρφίσκος* piscis marinus. Athen. VII. 316 d.

*οὐρανίσκος* camera. Calixen. Rhod. Athen. v. 196 b. XIII. 539 e. cf. Plut. Phoc. 33. Alex. 37. de palato Athen. VII. 315 d. Schol. Dion. Thrac. anecd. Bekk. p. 810, 24. Eustath. 1164, 5.

*πασσαλίσκος* verticillus. Schol. Aristoph. Ach. 594 et ad Lucian. adv. indoct. 10.

*πιλίσκος* pileolus. Dioscorid. III. c. 61.

*ποταμίσκος* amniculus. Strab. T. V. p. 515.

*πυργίσκος* turricula. Ael. V. h. IX. 13. Artemid 1, 76. a Suida ponitur inter τὰ σκεύη τὰ κατ' οἶκον, ubi arcula est. Hinc πυργίσκων schol. Aeschyl. Sept. 163.

*σατυρίσκος*, Theocr. id. 4, 62. Mosch. VI., 4. A. Pl. nr. 244.

*σταυρίσκος* urceolus. Pollux x. 29, 159.

*στεφανίσκος* corolla. Anacr. 40, 6.

*στολίσκος* columella. Strab. T. I. p. 439. ed. Tzsch.

*ταλαρίσκος* quasillus. Theocr. XII. 113. Antipat. Sid. A. P. VI. 74.

*τραγίσκος* hirculus. Theocr. XII. 141. A. P. IX. 317. Tum piscis nomen Marcell. Sid. 23.

*τροχίσκος* rotula. Strab. IV. 446. Apud medicos a similitudine postillus nominatur. Tum piscis i. q. ἥρυθρος s. ἥρυθρος. cf. Mein. fragm. Com. II., 1, p. 452. Inde formavit schol. Apollon. Rh. 4, 144 τροχίσκων.

*τυρίσκος* caseolus. Ael. h. a. VIII., 5.

*φορμίσκος* corbicula. Plat. Lys. 206 a scholiasta καλαθίσκος explicatum cf. Poll. VII. 29, 173 ubi aucta deminutio φορμίσκαι quoque commemoratur, cf. id X. 169.

*χοιρίσκος* porcellus. Lucian dialog. meretr. 7.

## § 7.

*De diminutivis in ισκος, quorum primitiva tertiam sequuntur flexionem.*

Primum proponantur nomina propria: Αγδρίσκος Athen. III. 78. Paus. VII. 13, 1.  
 Ἀρνίσκος Paus. VI. 16, 5. Βούσκος ὁ πόντης ὁ Θετταλός. Xen. Anab. V. 8, 23. Κονίσκος a nonnullis Zeuxidamus Spartiarum rex cognominatus cf. Herod. VI. 71.  
 Λεοντίσκος Ptolemaei Lagi filius Athen. XIII. 5, 76. Μελίσκος v. p. 6. Μούσκος Polyb. V. 82, 13. Σωφρονίσκος pater Socratis. Τριποδίσκος Paus. I, 43, 7 quem Megarici agri locum alii Τριποδίσκη vocasse dicuntur. cf. p. 8.

Appellativa deinde sunt haec:

ἀβακίσκος tabula tessellata. Moschion ap. Athen. IV. 207 c. et per ὄμωνυμίαν pavimentum vermiculatum. Eustath. 1947, 64. ἀβακίσκος μικρὸς ἀβαξ καὶ δτι καὶ τὰ πλινθία λιθόστρωτα ἐδάφη ἀβακίσκοι ὄμωνύμως λέγονται.

ἀγκωνίσκος instrumentum, quod ad quaestiones tormentis habendas usurpari dicit Suidas. cf. Stept. thes.

ἀλεκτορίσκος gallus pusillus, Babr. fab. 5, 1 et 97, 9 ed. Mein.

ἀμητίσκος placentula. Athen. XIV. p. 644.

ἀστερίσκος stellula, in Callimachi fragmentis a Diogene Laert. I. p. 23 citatum. Signum illud criticorum a Grammaticis inventum Diog. Laert. III. 66. Eustath. 599, 34. 1627, 59 de quo etiam resert schol. Arist. Plut. 250. μεθ' ὅν ἔστι καὶ ὁ ἀστερίσκος, οὐ τὸ σχῆμα ἀστέρι ἔστιν. cf. Hephaest. p. 74.

δελφινίσκος μικρός. Aristot. h. a. IX. 35, 1.

ἱερακίσκος accipiter parvulus. Arist. av. 1112.

κιονίσκος columella. Athen. XII. 514 c.

*κρατηρίσκος* parvus crater, Athen. xi. 479 c.

*κρωμακίσκος* v. s. p. 5.

*μειρακίσκος* v. supra p. 7.

*πινακίσκος* tabella sive scutella, ut ἐχθυγρός Aristoph. Plut. 814. cf. Poll. X. 83. ut ἐπὶ πινακίσκων Pherecrat. Athen. VI. 269 a. π. ὀδρὸς Athen. III. 75 d. unde π. ὄπυρος Bekk. anecd. p. 14, 22. Poll. X. 82 et inde πινακίσκων Antiphan. Athen. XI. 487 e. XIV. 666 f. Schol. ad Luc. Lexiph. T. V. p. 181.

*σφηκίσκος* vespae aculeo similis sudes, quae acuta imminebat in curiam introeuntibus, ut suum quisque cognosceret tribunal. cf. Aristoph. Schol. Plut. 301 et Eustath. 897, 58: *σφηκίσκος* ξύλον τι μικρὸν εἰς δὲν συνγραμένον. cf. Poll. V. 89, 6. E. M. s. v.

*σφηνίσκος* cuneolus. cf. Papii lex.

*σωληνίσκος* quo v. in schol. Venet. XVIII. 407 κάλυξ explicatur.

*τριποδίσκος* parvus tripes Strab. T. III. p. 353 et inde *τριποδίσκων*, quo v. in Bekk. Anecd. 404, 19 explicatum est ἀνθράκιον, focus. Illud citavit praeterea Suidas ex Aristophane.

*χηνίσκος* puppis ornamentum incurvo anseris collo simile. cf. Eustath. 667, 15 Lucian. ver. hist. 2, 41. Jup. conf. 47. Navig. 5.

*χιτωνίσκος* tunicula, mulierum dicitur vestimentum ab Eustath. 1166, 51 et schol. av. 346. Contra de viro ap. Plat. legg. XII. 94. Luc. amor. 44 et saepius. Inde *χιτωνίσκων* Osann. syll. inscript. 1 p. 79 et *χιτωνισκάριον*, in vulgaribus lexicis omissum, ab Eustathio 1166, 51 in medium prolatum.

Sunt denique quae in *ισχιῶν* cadentia non habeant simpliciorem neque in *ισχοῖς* neque in *ισχῇ* exeuntem formam ut *γυναικίσκων*, muliercula, iuxta *παιδίσκων* positum assertur ab Hesychio et ἐλεφαντίσκων, parvulus elephantus ap. Ael. h. a. VIII. 27.

Sed ὥγματίσκιον verbum, ap. Plat. Theat. 180 a et μελίσκιον cantiuncula, Antiphan. ap. Athen. x. 446 et cuius primitivum secundae est flexionis: κανίσκιον sportula Athen. vi. 229 d. Poll. 7, 176 hanc formam suis videntur debere primitivis.

Commune denique, quo haec deminutiva tenentur, vinculum est significationis, qua nomina tantum concreta his terminationibus formari solebant, unde ut exemplo utar, voce κωκλίσκος, non orbioulus significatur, sed ei forma similis pilula atque si quis λογίσκος diceret pro λογίδιον s. λογάριον a communi Graecorum dicendi usu ac consuetudine aberrasset.

---

### ***Errata:***

p. 5. l. 13 l. κοῦφός γε

p. 6. n. 3 n. Dionys.




Sed ἐγματίσκιον ver.  
ap. Athen. X. 446  
Athen. VI. 229 d.

Commune  
qua nomina tantum  
utar, voce κωκλίσιον  
atque si quis λογίζatur  
usu ac consuetudin

τον cantiuncula, Antiphan.  
lexionis: κωκίσκιον sportula  
debere primitivis.

vinculum est significationis,  
solebant, unde ut exemplo  
l ei forma similis pilula  
communi Graecorum dicendi



magistri, sicutum secundum et recte hanc illam in amorem eius propriae leti  
et amoris vestrum. Quiaq[ue] haec sententia certitudine patet in illis, ut nulla ex  
sententiis vestris trahatur nisi modicam, sed tunc, ut hoc in V[er]G[iliu]s exinde  
adversariis non possit, manifestum est quod eis, quibusdam sententiis  
quibus in eis, quibusdam sententiis in sententiis illis, sententiis vestris enim non  
nisiq[ue] illis, sicut in illis sententiis, sententiis non possunt esse, sed  
in illis sententiis sententiis, sicut in sententiis sententiis, sententiis non  
possunt esse, sed in illis sententiis sententiis.

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

